

et al. eidem; eidem f per Judices a Sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus; idem per duos annos amplius in excommunicatione persistens, juri parere pertinaciter renuit, claves Ecclesie contemnendo. Licet igitur hujusmodi pertinacia non careat scrupulo 10 haretica pravitatis: volentes tamen nobilitati parcere Comitis supradicti, Discretionem vestram mandamus, quatenus si Comes supradictus post communionem vestram 11 non paruerit plene juri, vos Ecclesias, in quibus aliquod jus habere dignoscitur, ab ejus debito absolventes, fideles ipsius, quando in excommunicatione persistit, ab ejus fidelitatis juramento 12 denunciatis penitus absolutos.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS.

TITULUS XXXVIII.

I. ALEXANDER PAPA 1.

Pro manifesto peccato poenitentia publica imponi debet. MANIFESTA peccata non sunt occultis correctione purganda. PITH. 1 Alexander Papa. In Codice Britonni, Symmachus Papa.

II. EX CONCILIO MAGUNTINENSI.

Poenitentiam occidentis Presbyterum. Qui Presbyterum occiderit, xij annorum poenitentia ei, secundum Canones, imponitur: Et infra. Convictus utque ad ultimum vite sue tempus militie cingulo careat, & absque spe conjugii maneat.

III. ALEXANDER III. Mediolan.

Archiep. & Suffraganeis. Consideratis circumstantiis, arbitraria poenitentia indenda est ei qui modum excessit se descendendo. Significavit nobis vir nobilis P. quod F. dicto Imperatori, cum olim rediret ab urbe, castrum Vernica 2 negavit: Et infra. Unde contigit, quod iv. castris destructis, plusquam duo millia domorum destructa fuerunt, multi homines interfecti, & alia mala ibi commissa, qua longum esset per singula enarrare. Quoniam igitur praefatus P. Deo exinde reconciliari desiderat: mandamus, quatenus ipsi poenitentiam, secundum quod visum fuerit, misericorditer imponatis 3; attendentes 4 quod pro libertate sua & Ecclesiae devotione hoc fecit. Quare in his debemus talem discretionem habere, ut alii, & ipse idem, pro austeritate poenitentiae, a servitio Ecclesiae nullatenus retardentur, nec aliquod salutis periculum debeant formidare.

IV. IDEM Archiepiscopo Cantuariensi.

Indulgentia que conceduntur per Praelatos non subditis, non profunt, nisi proprii Judices hoc concedant. Quod autem 3 consuluit, utrum remissiones quae sunt in dedicationibus Ecclesiarum, aut conferentibus ad adificationem pontium, aliis profint quam his qui remittentibus subfunt: Hoc volumus tuam Fratritatem tenere, quod cum a non suo Judice ligari nullus valeat vel absolvi, remissiones praedictas prodesse illis tantummodo arbitramur, quibus ut profint, proprii Judices specialiter indulserunt.

V. IDEM Belvacen. Episcopo.

Non est vere poenitens, qui peccandi animum non deponit, tamen recipitur ejus confessio. Quod 2 quidam ad confessionem de criminibus veniunt, & quamvis coniteri velint, se tamen asserunt abstinere non posse: Consultationi tuae taliter respondemus, quod eorum confessionem recipere debes, & eis de criminibus consilium exhibere: quia licet non sit vera hujusmodi poenitentia, admittenda tamen est eorum confessio, & crebris & salubribus monitis poenitentia indicenda.

VI. IDEM Triburien. Archiepiscopo.

Qui ex poenitentia debet certa die in pane & aqua jejunare, potest, deficiente pane, aliis cibariis uti. Licet tam 0 veteris quam novi Testamenti pagina: Et infra. Si autem illi qui aliquos dies in pane & aqua ex injuncta

1 Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. 2 Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. 3 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 4 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 5 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 6 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 7 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 8 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 9 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 10 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 11 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 12 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil.

sibi poenitentia tenentur peragere, panem, quo vescantur, non habent; leguminibus, aut piscibus, vel aliis cibariis reficiantur, si necessitas id exposcat. Discretionem tamen adhibita, quod his non ad delicias, sed ad sustentationem utantur.

VII. CLEMENS III. [c. an. 1190. Roma.]

Sacerdoti Graco procuranti, vel studio negligenti oppressionem filiorum, non imponitur poenitentia publica; sed debet abstinere ab Altaris officio, & aiter in secreto agere poenitentiam: sed si delictum est publicum, debet publice agere poenitentiam.

Quaestum est 4 utrum Sacerdotibus Graecis, quibus legitimo matrimonio licet uti, poenitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulerit pro filiis oppressis injungi? Huic igitur Consultationi tuae taliter respondemus, quod si ipsis procurantibus, vel studio negligenter, filii in lectis reperiuntur oppressi; ab officio Altaris debent perpetuo abstinere; & eis gravius quam Laicis, non tamen publica, nisi in publicum id veniat, poenitentia debet imponi. Verum si ex incuria ipsorum mortui inveniuntur in cunis, & illud fuerit occultum, eis poenitentia pro arbitrio Poenitentiarum imponatur, & in terrorem aliorum 4, ad tempus abstinere a celebratione Missarum.

VIII. INNOCENTIUS III. Livon.

Episcopo, & eis qui cum ipso sunt Fratribus. Sacerdos poenitentiam arbitrari debet, secundum quantitatem excessus poenitentis, & contritionem, & alias circumstantias. Hoc dicit quoad titulum.

Eius qui Ecclesiam suam 5: Et infra. Ceterum, cum poenitentia non tam secundum quantitatem excessus, quam poenitentis contritionem, per discreti Sacerdotis arbitrium sit moderanda, pensata qualitate personarum, super fornicatione, adulterio, homicidio 1, perjurio, & aliis criminibus, consideratis circumstantiis omnibus, & praesertim novitate Livoniam. Ecclesiae competentem poenitentiam delinquentibus imponatis, prout faluti eorum videritis expedire. Apostoli autem vestigiis inherentes, dicentis: Lac vobis potum dedi, non escam; paulatim eos instruat in fide, confessionis formam, Orationem Dominicam, & Symbolum illos sollicito edocentes 1. Interim tamen Corporis & Sanguinis Domini sacramentum renatis fonte Baptismatis, consecratis festivitatis, & in mortis articulo tributis.

IX. IDEM Sancti Laur. in Lucina Presbytero Card. Apoll. Sed. Legato.

Anditit mulieris confesso, qua sibi partem alienam supposuit, vel propriam ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere. Officii 7: Et infra. Significasti quandam mulierem in poenitentia tibi fuisse confessam, quod timens ne viri possessio devolveretur ad alios, quarundam herbarum succum potavit, & sic venter ejus intumuit, & inde gravidam se ostendens, sibi partem supposuit alienam; timensque maritum, non vult facinus ipsi 8 detegere, qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam. Quoniam igitur postulas edoceri, utrum ei, hac fraude durante, sit poenitentia injungenda: Respondemus, quod sicut mulieri, quae ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est poenitentia deneganda: ita nec illi debet poenitentia denegari, maxime si per alios, intelligas alienos, ad quos timeat possessionem viri devolvi: sed competens satisfactio per discretum Sacerdotem ei debet injungi.

X. IDEM Valent. & Burgen. Episcopis, & Abbatibus de N. Cisterciens. Ordinis.

Abbatissa Moniales benedicere, confessiones audire, & publice predicare non potest. Nova 9 quaedam nostris sunt auribus intemata, quod Abbatissa Moniales proprias benedicunt, ipsarum quoque confessiones in criminibus audiunt; & legentes Evangelium, praesumunt publice predicare. Cum igitur id absonum sit, pariter & absurdum: Mandamus, quatenus ne id de cetero fiat, curetis firmiter inhibere; quia licet Beatissima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed ipsis Dominus claves Regni Caelorum commisit.

XI. IDEM [c. an. 1214. Roma.]

Tempore generalis interdicti conceditur poenitentia, & viaticum morientibus. Hoc primo. Clerici, qui servarunt interdictum, possunt cum silentio in Cameterio sepeliri. Hoc secundo. In Conveneribus Ecclesie Clerici bini vel trini possunt Horas submissa voce dicere. Hoc tertio. Cruce signatis & peregrinis tempore interdicti poenitentia concedi potest. Hoc quarto. Quod 2 in te: [Et infra 2.] In illo enim verbo per quod Poenitentiam morientibus non negamus, Viaticum etiam 3, quod vere poenitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum decedentibus denegetur. Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus tam unctio, quam Ecclesiastica sepultura; concedimus tamen ex gratia, ut Clerici decedentes, qui tamen servaverint interdictum, in Cameterio Ecclesiae, sine campanarum pullatione, celsantibus sollemnitatibus omnibus, cum silentio tumulentur. Et in conventibus Ecclesie bini & trini, vel simul tres, Horas Canonicae valeant 4 legere, non cantare, januis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & voce ita remissa, quod exterius audiri non possit: cum & Regularibus secundum privilegium Sed. Apoll. sit indultum, ut cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare Divina. Recipientibus autem trignum Crucis non negamus quominus eis ob 5 reverentiam crucifixi, poenitentia, cum postulerint, injungatur: quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

XII. IDEM in Concilio Generali.

Famosum est, & multum allegabile, & hoc dicit: Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio Sacerdoti, vel de ejus licentia alteri, & Eucharistiae Sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et Sacerdos revelans confessionem deponendus est, & in Monasterio, ad agendum perpetuam poenitentiam, detrudendus. Omnis 4 utriusque 9 sexus Fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi poenitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistiae Sacramentum; nisi forte de proprio Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab hujusmodi 6 perceptione duxerit abstinentiam: alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & mortens Christiana careat sepultura. Unde hoc futurum frequenter in Ecclesie publicetur, ne quisquam ignorantia 7 caecitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistiae Sacramentum; cum aliter ipse illum non possit abolvere 8 vel ligare, licentiam prius postulet & obtineat a proprio Sacerdote, cum aliter ipse illum non possit abolvere 8 vel ligare. Quales autem sit discretus 9 & cautus, ut more periti Medici superfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati: quibus prudenter intelligat quale debeat ei praebere consilium, & cujusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad salvandum 8 aegrotum. Caveat autem omnino ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodatur peccatorum: sed si prudentiori consilio indigerit, illud abique ulla expressione persona, caute requiratur; quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum praesumplerit revelare, non solum a Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam, ad agendum perpetuam poenitentiam, in arctum Monasterium detrudendum.

XIII. IDEM in eodem. [an. 1216. Roma.]

Medici vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere infirmum ad Confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente Domino languido quem sanaverat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Praesenti decreto statumus, & districtè precipimus Medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut Medicos adverteant animarum; ut postquam fuerit infirmo de spiritali salute profutum, ad corporalis medicinae remedium salubrius procedatur, cum causa cessante cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quod quidam in agritudinis lecto jacentes, cum eis a Medicis vadatur,

ut de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, unde facilis mortis periculum incurrit. Si quis autem Medicorum hujusmodi constitutio, postquam per Praelatos locorum fuerit publicata, transgressor exiterit, tandiu ab ingressu Ecclesiae arceatur, donec pro transgressione hujusmodi satisfecerit competeret. Ceterum cum anima sit multo pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis Medicorum pro corporali salute aliquid aegroti suadeat, quod in periculum animae convertatur.

Quod 2 in te: [Et infra 2.] In illo enim verbo per quod Poenitentiam morientibus non negamus, Viaticum etiam 3, quod vere poenitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum decedentibus denegetur. Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus tam unctio, quam Ecclesiastica sepultura; concedimus tamen ex gratia, ut Clerici decedentes, qui tamen servaverint interdictum, in Cameterio Ecclesiae, sine campanarum pullatione, celsantibus sollemnitatibus omnibus, cum silentio tumulentur. Et in conventibus Ecclesie bini & trini, vel simul tres, Horas Canonicae valeant 4 legere, non cantare, januis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & voce ita remissa, quod exterius audiri non possit: cum & Regularibus secundum privilegium Sed. Apoll. sit indultum, ut cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare Divina. Recipientibus autem trignum Crucis non negamus quominus eis ob 5 reverentiam crucifixi, poenitentia, cum postulerint, injungatur: quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

Verum quoniam a quibusdam intelleximus dubitari utrum Clericis vel Laicis danatum sit Viaticum in extremis, an & undio impendenda, & an cum aliis Sacramentis indulgenda sit decedentibus sepultura. Urnam in Conveneribus demissa voce, januis clausis, interdictis exclusis, a trina possunt Officia celebrari. Similiter autem suscipiuntur signum Crucis, & Sanctorum Lininum vestimentis sit poenitentia injungenda. Ambiguitatem hujusmodi de dubitatum conditis volumus amputare.

XIV. IDEM in eodem. [an. 1216. Roma.]

Eleemosynarum Quaesores sine Apostolicis vel Diocesano- rum iteris admitti non debent, nec tunc proponant ultra c. 62. Et c. 5. id quod in ipsis iteris continetur. Hoc primo. Et debent esse modesti, & a locis & expensis incongruis abstinere. Hoc secundo. In Dedicatione Basilicae ultra annum, & in anniversario Dedicationis, & in literis Indulgentiarum concessis ab alio quam a Papa, ultra xl. dies remissio excedere non debet. Hoc dicit utque ad finem. Cum ex eo: Et infra. Eleemosynarum quoque Quaesores, quorum quidam se alios mentiando, abusiones nonnullas in praedicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel Diocesanas Episcopi literas veras exhibeant) prohibemus; & tunc praeter id quod in ipsis continetur literis, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communitatibus Apostolica Sedes indulget, duximus exprimendam, ut secundum eam Diocesani Episcopi suas literas moderentur. Ea liquidem talis est: Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gestimus, five bonum fuerit, five malum, oportet nos diem metitionis extreme misericordiae operibus praevinire, ac aeternum intutu seminare in terris, quod redente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Caelis, firmam spem 11, fiduciamque rectam tenentes; quoniam qui parca seminat, parca & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam aeternam. Cum igitur ad sustentationem Fratrum & egenorum ad tale consuetum Hospitalis, propriae non suppetant facultates, universitatem vestram moneamus & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis a Deo collatis piis eleemosynas, & grata eis subsidia erogatis; ut per subventionem vestram ipsorum inopia contulatur, & vos per haec bona & alia quae Domino inspirante feceritis, ad aeterna postitis gaudia pervenire. Qui autem ad querendas eleemosynas destinatur, modesti & discreti, nec in tabernis aut in aliis locis incongruis hospitentur, nec invidiosae factantur sumptuosae expensas, caventes omnino ne falsae Religionis habitum getent. Ad haec, quia per indidretas & superbas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum Praelati facere non verentur, & claves Ecclesiae contemnuntur & poenitentialis satisfactio enervatur: decernimus, ut cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia ultra annum, five ab uno solo, five a pluribus Episcopis dederit, ac deinde in anniversario dedicationis tempore xl. dies de injunctis poenitentis indulta remissio non excedat: Et infra 12. Hunc quoque diem numerum indulgentiarum literis praecipimus moderari, quod pro quibuslibet tabulis aliquoties conceduntur: cum Rom. Pon. qui plentudinem obtinet potestatis, hoc 9 in talibus moderamen conlueverit obervare.

XV. HONORIUS III 10. [c. an. 1220. Roma.]

Archiepiscopus intra Provinciam suam potest concedere indulgentias, secundum formam Concilii Generalis. Hoc dicit, & loquitur de cap. praeced. in fine. Nolro postulati 11 certificari responso, utrum per tuam Provinciam possis concedere remissionis literas generales. Nos igitur Fratritati tuae breviter respondemus, quod per Provinciam tuam liberè potes hujusmodi concedere literas; ita tamen, quod statutum Generalis Concilii non excedas.

XVI. GREGORIUS IX. [c. an. 1232. Roma.]

Episcopus & alii, de quibus in litera, possunt sine licentia Superiorum sibi eligere proximam Confessorem. NE pro dilatione poenitentiae periculum imminet animarum, permissimus Episcopis & aliis Superioribus, necnon minoribus Praelatis exemptis, ut etiam praeter sui Superioris licentiam, providum & discretum sibi possint eligere Confessorem.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS 12

TITULUS XXXIX.

I. ALEXANDER III. Senon. Archiepiscopo 1. [c. an. 1172. Roma in Galliam.]

Impubes, qui Clericum percussit, ab Episcopo absolvi potest. Impubes, qui Clericum percussit, ab Episcopo absolvi potest: L i i j

1 Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. 2 Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. 3 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 4 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 5 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 6 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 7 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 8 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 9 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 10 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 11 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. 12 Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil.